Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26131
Copyright: Admont, Benediktinerstift



cognitione dei consistit. cognitio
uero in obedientia preceptorum intel
ligitur. quia et paulus de quibus dam
dicit. Confitentur se nosse deum. fac
tis autem negant. Et iohes in epla
sua hec eadem attestatur. Qui dicit
se nosse deum. et mandata eius non cus
todit. mendax est. Ps. itaque iubet
abstinentiam. antiquus hostis per
suadet uoracitatem. ille imperat
sobrietatem. iste ebrietatem. ille cas
titatem. iste fornicationem. ille hu
militatem. iste superbiam. ille concor
diam. iste discordiam. ille pacem. iste
litem. ille mansuetudinem. iste ira
cundiam. ille dilectionem. iste odium.
ille largitatem. iste tenaciam. ille ele
mosinam. iste rapinam. ille ueritatem.
iste mendacium. ille non iurandum.
iste periuriis insistendum. ille a fraude
abstinendum. iste falsis testimo
niis inherendum. ille mandat de
ligno scientie boni et mali ne co
medatis. iste econtra. in quocumque
die comederitis ex eo. aperientur
oculi uestri. et eritis sicut dii. scientes
bonum et malum. Ille iubet non con

cupisces uxorem proximi tui. non
domum. non agrum. non seruum. non
ancillam. non bouem. non asinum. et uni
uersa que illius sunt. iste uero suadet.
hec omnia dabo tibi. si cadens
adoraueris me. Age nunc uideamus
cuius cultor homo existat. eius cuius
uerbo mentitur. an illius cuius imperium
perficere uidetur. Et quis non uideat
quia ipse hominis famulatus culto
rem eius faciat. cui deseruit? In quibus
numerum uerbis patenter innuitur.
eos qui cupiditati student. demo
num cultores existere. Etiam si hoc
beatus paulus non affirmaret
huius cupiditatis malum quod cuncta
precellit atque exuperat. et a quo omnia
mala pullulant. alibi alia scrip
tura ita detestanda prodit dicens.
Auaro nichil est scelestius. rursumque.
nichil iniquius. quam amare pe
cuniam. Quid mirum si eandem
cupiditatem idolorum culturam
apostolus docet? Quod uidelicet
cupiditatis multimodum malum.
nequius diuitum corda. quam pau
perum deuastat. quia et si multa